Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ini nostri ihesu christi. p. e. Nycomedis martyris.
Adesto domine populo tuo. ut beati
Nycomedis martyris tui merita pre-
clara suscipiens. ad impetrandam
misericordiam tuam semper eius patrociniis adiu-
uetur. p. Sec. Suscipe domine propicius ob- munera
lata. que maiestati tue beati Nycomedis
martyris tui commendet oratio. p. Com. Puri-
ficent nos domine sacramenta que sumpsi-
mus. et intercedente beato Nycomede mar-
tire tuo. a cunctis efficiant uiciis absolutos. p.
Omnipotens sempiterne deus Eufemie
qui infirma mundi eligis e uirg.
ut fortia queque confundas.
concede propicius. ut qui beate Eufemie martiris
tue sollempnia colimus. eius apud te patro-
cinia sentiamus. p. Sec. Presta quesumus domine
deus noster. ut sicut in tuo conspectu mors est
preciosa sanctorum. ita eorum merita ueneran-
tium. accepta tibi reddatur oblatio. p. Com.
Sanctificet nos quesumus domine tui perceptio sacramenti,